Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 174

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 383.

6.

Casus reservati papales, et episcopales. 349b – 350b

Casus reservati papales et episcopales, idiomate maximam partem teutonico. Initium est: "Hie verbeut ich allen das heylig Sacrament dy sich schuldig wisen in den nachgeschriben artickly."

Cod: CLXXIV.

Carthac: Fol. sec. 14. 15. 2 i. 8.

1.

Sermones festivi. 1a – 24b

Sermones festivi, quorum primus incipit: "Vidi civitatem Sanctam Jerusalem novam &c: Augustinus dicit quod duplex est civitas."

2.

Joannis N. Subaratorium animarum. 25a – 81a

Joannis cujusdam ex Ordine S. Francisci, Viennae verbi divini praeconis Subaratorium animarum id est tractatus de vitiis, et virtutibus. Prologus incipit: "Cum semel pigritando quiescerem et torpendo negligenter pigritarer cogitare cepi dies antiquos et mente revolvere annos meos in amaritudine animae meae quibus sine fructu coram vixisse me memini". In eodem prologo post medium ait author: "Igitur ne tempus residuum manducarem, cogitavi in unum colligere sermones meos, quos a me po-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 174

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 384.

"pulus declamando audivit, quanquam
inutiles sint tanquam ab ydjota et rudis
ingenii simpliciter positi. In quorum pñ:
hunc praesentem tractatum legentibus offe-
ro ut si quid in eo utile invenient totum
deo tribuant a quo bona cuncta procedunt
si quae vero minus bene posita karitative
corrigant quem quidem tractatum Subarra-
torium animarum censui appellandum
pro eo quod subarratio animarum tam deo
quam dyabulo in eo plenius continetur et ut
melius sit capabilis per ymagines depinge-
re curavi Et quia homines magis oculis
quam auribus credunt et qui auribus cre-
dere noluerint saltem visione ymaginum
teneantur!" His autem imaginibus codex
noster destituitur. Caeterum primo agitur
de vitiis praemisso singulis themate: Vos ex pa-
tre dyabulo estis; postea de virtutibus
sub themate: Vos filii lucis estis filii diei.
In calce operis legitur: "Finis hujus trac-
tatus qui subarratorium animarum inti-
tulatur compilatus per Johannem ordinis
S. Francisci olym predicantem Wienne año
domini ℨc L XXXX iijº Margarete virginis."
Joannes iste, quantum scio, eruditis ad-
huc ignotus est.

2026-05-04

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 174

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 385.

3

Expositio orationis dominicae. 81a – 83b

Expositio orationis dominicae. Initium est: „De petitionibus orationis dominice sciendum est quod sunt VII, quas dominus docuit discipulos suos". Opusculum hoc non esse Thomae de Aquino, ut in fronte ejus dicitur, vel ex eo liquet, quod idem S. Doctor saepius nominetur Thomas de Aquino pater noster.

4

Nicolai de Nürnberg Concordantia charitatis. 84a – 244b

Nicolai de Nürnberg Concordantia charitatis. Prologus, in quo author de operis sui instituto rationem reddit, in hunc modum incipit: „Noticia hujus libri, qui concordancia caritatis appellatur talis est. In supremo primi folii semper ponitur ewangelium et post hoc iiij auctoritates de prophetis cum ipso ewangelio concordantes. Sub quo duo historie veteris testamenti ponuntur et sub illis due nature veterum ad ipsum ewangelium similitudinarie pertinentes et semper sub qualibet materia unus versus qui declarat ipsam materiam et exponit et qualiter quolibet ewangelio concordent singula cum sua moralitate plene continetur. Iste enim totus liber Per griseum monachum Ulricum nomine quondam abbatem in campo liliorum ex parvitate sui ingenioli propter simplicitatem et penuriam pauperum clericorum multitudinem librorum non habentium est specialiter compilatus. Dividitur autem iste liber in duas partes videlicet de tempore et de sanctis" Et:

In codice nostro inter partem de tempore, et illam de Sanctis reperiuntur quinque sermones; unus de novo Sacerdote, cœteri de animabus, quos demum sequitur pars de Sanctis memoratæ concordantiæ, incipiunt his verbis:" Sanctus Andreas in cruce suspenditur." Lambecio in Comment: Bibl: Cæsar: editio: Kollar: Lib: II. col: 575 idem opus vocatur Sermones figurativi.

Nicolaus de Nürnberg ão 1345 invitus eligebatur Abbas Campililiensis. Tandem, ut ait Hanthaler, acceptata est ejusdem abdicatio regiminis, diu quæsita: postquam cum gaudio privatus rediit ad perficiendum opus suum, perlaboriose ab eo pictum scriptum, que, cui nomen: concordantia charitatis. Obiit anno incerto. Vide Hanthaler Fast: Campilil: T: II part: I Sec XIV. pag. 379. et post: T: II part: II in tabalis eccle, si: p: 36.

5.

Casus papales, et episcopales, 245a–247b — Casus papales, et episcopales. In fronte eorum legitur:" Hy sunt denunciandi in die cene et aliis solenitatibus constitutis." Primus casus est:" Item percussores et invasores clericorum cujuscunque religionis.

6

Sermo de passione Domini. 248a–251b — Sermo de passione Domini, qui incipit:" Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris ys XIIII. Hodie agitur dies in quo deus mortuus est."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 174

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 387.

7

Joañis N. Commentar: in libr. qui dicit. Sūma Sacrificiorum.

252a-327b

Joannis cujusdam Commentarius in librū, qui dicitur Summa Sacrificiorum. Commentarium præcedit dissertatio in laudem Theologiæ, quæ incipit: "Candor est lucis eterne speculum sine macula majestatis Dei Sap. VII°. Cum Sūma Sacrificiorum sit liber theologicus et omnino divinus est modo solito principiandum" &c. Post Theologiæ commendationem incipit Cōmentarii prologus in hunc modum: "Puteus altus est et in quo haurias non habes Joh. IIII°. Rogatus a venerabilibus et amicis karissimis pro istius libri videlicet summe Sacrificiorum exposicione in quo Sanctissime misse officium pertractatur convenienter potero respondere Puteus Sacre Scripture altus est." De authore hujus Comentarii plane nil mihi constat, quam quod ipse circa finem operis edisserit, nempe: "Nemo tamen credat cum hunc librum (a) et ejus expositionem perlegerit divinissimum misse officium sufficienter expositum Quia in hoc misse officio tot et tanta sunt involuta misteria ut nemo nisi spiritu Sancto edoctus sufficiat explicare. Quapropter humiliter rogo omnes ad quorum noticiam presens opusculum pervenerit ut pacienter meam sufficienciam perferant et presentem compilationem non mihi sed deo at venerandis doctoribus ex quorum dictis non sine magno labore et multo tempore collegi ascribant hanc solum pro labore mercedem desiderans ut universi et singuli qui in eo legendo divine dulcedinis fructum senserint pro me Johanne

(a) Sūmam Sacrificiorum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 174

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 388.

" districtum judicem orent" etc. Quis fuerit
iste Joannes an idem cum authore Subarra,
,torii animarum /: supra n: Z memorati :/ an
alius adhuc penitus me latet.

Hildeberti Ar,chiep: Turonens: Suma Sacrificiorum

Summa Sacrificiorum, quam exponit prædic,
,tus commentarius est Hildeberti Turonen,
,sis liber metricus de Mysterio Missæ, ali,
,is quoque nominibus notus. Incipit: "

Scribere disposui quid mistica Sacra priorum
Missa repræsentat quidve ministri agant (a)

(a) lege: mini,ster agat.

Extat in edit: opp: Ven: Hildeberti curan,
,te Ant: Beaugendre Paris: Fol: 1708. pag:
1135 seqq: sed multo locupletior. Commen,
,tator itaque noster magnopere fallitur, dum
in prædicto prologo Summam Ivoni Episcopo
tribuens ait: " De causa efficienti nihil di,
" ,co nec est curandum quis dicat, sed quid
" dicatur dicitur tamen quod Ufo episcopus
" sit causa efficiens ut patet in ultimo versu
" istius libri. Sed iste versus ex quo id col,
,ligi posset, nec in codice nostro, nec in
præfata editione reperitur.

Hildebertus, Ivoni Carnotensi coæ,
,taneus, ex monacho Cluniacensi Archidi,
,aconus Episc: Cènomanensis, et Archiep:
Turonensis multis scriptis clarus obiit 1139.
Plura de ipso vide in præfata editione.

8

Nicol. de Dinckelspühel Cæremoniæ in missa die Parasc. observandæ.

328a – 329a

Nicolai de Dinckelspühel Cæremoniæ in celebratione missæ die Parasceves obser„vandæ. Incipiunt:" Rubrica racione ec„clesie auctoritate." In calce legitur:" Ac„ta hec sunt per reverendum magistrum nicolaum Dynkchelspuchl" &c.

9

Sermones IV de Sanctis.

329b – 332b

Sermones quatuor de variis Sanctis, quorum primus de S. Joanne Baptista incipit: "Fuit homo missus a deo etc. in verbis istis."

Cod. CLXXV.

Chartac. Fol. maj. Saec. 15.

2
19.

S. Gregorii M. Libb. XVI Moralium.

S. Gregorii M. Papæ Libri **XVI** Moralium seu expositionis in librum Job. Rubrica est: Incipit prefacio beati Gregorii in librum job. Præfationis initium est:" Reveren„dissimo in Xto et sanctissimo fratri le„andro (a) coepiscopo gregorius servus ser„vorum dei. Dudum te frater" &c. In fine Codicis eleganter, et majusculo charactere exarati Scriptum est:" Explicit liber Sextus decimus moralium beati gregorii pape pars tercia. i . . . Anno domini et cetera. 1.4.59. in vigilia sancte lucie virginis et martyris. Extant in edit. Pa„ris. Studio Patr. Benedi. ex Congreg. S. Mauri 1705. Fol. T. I.

(a) Perperam in Codice nostro hoc nomen deletum et pro eo in margine positum est: Alexandro.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 174

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27511

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)